



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXXV. König Wladislav von Polen macht allen seinen Beamten bekannt, auf Befehl des Papstes dem Bischofe Stephan und dem Bisthume Lebus den wirklichen Besitz aller ihm zukommenden Güter im Polnischen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

Wie willen ok, dat jewelk Man, he si Ridder, Knecht oder Borgere, scal Bede nemen, alle sie die Herfcap nimpt. Wie ok Gherichte, hogeste oder fideste, vnd Dinft heit in dem Lande, die en scal sinem Underfaten mit deme Dinste vnd Rechte tu Unrechte nicht verderuen. Wie scollen ok breken al die Veste, die in die Lant ghebuet sin na deme Dode des edelen Vurften Margreue Woldemar von Brandeborch, vnd dat scol wie dun mit Rade vnd mit Hulpe der Man vnd der Stede in den Landen. Wie scollen ok laten Reddere vnd Knechte bi irme Rechte, Borgere bi erme Rechte vnd Bur bi irme Rechte, als et von Aldere heuet gheftan. Dat wie al dese vorbescreuen Ding stede vnd ganz holden, des hebbe wie desen Brief dar ouer ghegheuen, befelegt mit vnfen Insegele. Dit is ghesen vnd dese Brief is ghegeuen tu Brandenborch, na der Bort Godes Dufent Driehundert Yar seuenentwintich Jar, des Dunredages na Sente Margreten daghe.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives. Hoefers Auswahl S. 212. No. 120.

XXXV. König Wladislaw von Polen macht allen seinen Beamten bekannt, auf Befehl des Papstes dem Bischöfe Stephan und dem Bisthume Lebus den wirklichen Besitz aller ihm zukommenden Güter im Polnischen Reiche zugesprochen zu haben, am 25. Mai 1328.

Vladislaus, Dei gracia Rex Polonie, Cracovie, Sand., Syrad., Lanc. atque Coyaue, omnibus ac singulis Castellanis, Palentinis, Judicibus, Subjudicibus, Procuratoribus, Subprocuratoribus, Vlodariis, Ministerialibus, nec non officialibus uniuersis per omnes terras Regni nostri constitutis gratiam suam et omne bonum. Noverit vestra fidelitas, Nos a Sanctissimo in Christo Patre nostro, Domino Johanne XXII. Romane Sedis summo Pontifice, de novo recepisse firmiter in Mandatis, quod Venerabilem Patrem nostrum Dominum Steffanum, Lubucensis Ecclesie Episcopum, mitteremus in possessionem veram et legitimam omnium Bonorum Ecclesie sue Lubucensis et Possessionum in nostro Regno ubicunque constitutarum. Nos igitur iustis preceptis predicti Sanctissimi Patris Nostri et tam piis factis Zelatores fore cupientes, prout Jure et ex debito semper tenemur, Itaque Venerabili Patri Domino Steffano, predicto Episcopo Lubucensi, et Ecclesie sue Lubucensi assignamus per presentes ex nunc meram et integram possessionem omnium Bonorum et Possessionum Ecclesie sue Lubucensis in terris nostris Sand., Crac. situatis, sicut sunt possessiones et Bona, que subsequuntur: Videlicet opidum magnum Oppathow cum districtu suo, Agri, Silve, Ligna, Venationes, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, pascua, Theolonia, si sunt vel esse possunt — nec non Jus Fori, quodcunque ibidem in Oppathow, et alie utilitates qualescunque Itemque Villas subsequentes Tzirneckow, Jurcowitz, Vmare, Jalonans, Landzuc, Buconen, Truftulas, Crascow cum magno gayo adjacente, Biltopo, Nemenitz, Roskow, Sochzin, Porntze, nec non marensko cum mellificiis ac Lignis, Silvis, Piscationibus, Venationibus, Pratis, molendinis et alie utilitates, que ibidem esse possunt. Item mamna cum districtu suo, hiis Villis sequentibus Stritschowitz, Barbatz, Zwola, Tzirnona, gora Vorbitz, Agri, Ligna, Aque, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunque. Item in Sollitz una Area cum integra forte, In Sdremlitowitz due Aree et duo plene fortes. In Carvone una Area cum plena forte, In

Maldzin due Aree et due fortes, In Sliptone una Area cum plena forte, Preterea Naulum cum Taberna super Nydan cum utroque littore, Agri, Ligna, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, Pascua et alie utilitates, Insuper Truckzafir cum Dobravoda, Agri, Ligna, Silve, Venationes, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunq̄ue. Item Pfrebetzan, sita prope magnum Sal, Agri, Ligna, Silve, Aque, Piscationes, molendina, Prata, Pascua et alie utilitates, Item Cunitz cum magnis Silvis, mellificia, Agri, Ligna, Venationes, Aque, Piscationes, Molendina, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunq̄ue. Insuper in Majori Polonia Opidum Kafimir cum districtu suo et Villas sequentes ac Possessiones, videlicet Nefnetone, Slanebatze, Lubza cum Lacu, Czarca cum Lacu. In Corania Ratzow, Item Piftope, Landzin cum Lacu, Tzulentzitz, Benfthow cum Lacu, Pfrevonono Lacum per medium cum silva Tzirnokow ante Pontem, conin cum parte morislane, Theolonium in Conin, in Tzirnokow vero militari due aree et due plene sortes cum lacu et silva, Captura piscium in aqua, que dicitur Goppolonitza, et Captura Piscium in Warta. Item ultra conyn versus Calys, Sadow et Grothow cum magnis Silvis adjacentibus et mellificiis. Item circa Pisdry Prschuslane, Sickerino et Czolomkano. Item — — Glinik circa Pinnow, similiter Gantzitz in Castellania Mefericzenfi. Itaque Ville, possessiones, Bona nominata in Majori Polonia, Agri, Silve, Ligna, Mellificia, Venationes, Lacus, Aque, Piscationes, Prata, Pascua et alie utilitates qualescunq̄ue, Similiter Episcopi Lubucenses, qui pro tempore fuerint in Ecclesia Lubucensi, habeant et habere debeant alia Bona et possessiones ante nominata absque aliquo impedimento et possidere pacifice et quiete, Adjicientes bona fide, quod Episcopi Lubucenses, qui pro tempore fuerint, in Bonis eorum in nostro Regno et Dominio situatis, possunt licite et libere Castra, Civitates et Firmitates pro beneplacito eorum erigere et edificare, Nec non hereditates, Possessiones, Villas et omnia Bona ipsorum jure Theutonico locare et habere, si ipsis placet, sine aliqua contradictione, molestia atque offensione. Nos vero recognoscimus publice et protestamur ex certa scientia in hiis scriptis, quod Episcopus Lubucensis predictus et Ecclesia sua, Lubucensis Ecclesie Episcopi, qui pro tempore fuerint, gaudent ex nunc et gaudere debent in omnibus Bonis prenomatis, possessionibus ac prediis eorum pleno Dominio ac omnimoda Libertate cum gadibus et metis debitis et antiquis eorumdem et ex decimarum perceptione ab hominibus et subditis eorum absque aliqua contradictione, quemadmodum alii Episcopi Sancte Gneznensis Provincie suis Bonis, Possessionibus et prediis per omnia gaudent et fruuntur. Itaque quod Homines et Incolas Episcopi Lubucensis de bonis, possessionibus omnibus dicte Ecclesie Lubucensis nulli Judices, Castellani, Palentini aut aliorum nobilium nostrorum Judices non judicabunt aut ad Judicia trahere minime presumant, Nec pena capitis exigatur aequaliter ab iisdem; sed ipse Episcopus aut sui Judices, quos duxerit eligendos, suorum subditorum causas parvas et magnas, undecunq̄ue nascantur, debent et habebunt pro beneplacito suo decidere et judicare. Insuper antedicti homines et Incole ipsius Episcopi Lubucensis Collectas, Angarias, Parangarias et alia gravamina qualiacunq̄ue solvere non compellantur. Super omnia in Bonis et Possessionibus sepius nominatis Episcopi et Ecclesie nichil Juris nobis reservantes, sed quod de beneplacito antedicti Episcopi et bona voluntate habere possumus et obtinere volumus omnino, quod Episcopi Lubucenses, qui pro tempore fuerint, habebunt et habere debent licentiam venandi feras magnas et parvas in venationibus ubicunq̄ue nostris in Regno nostro liberrime largam Libertatem. Omnia premissa volumus ac mandamus inconcusse et inviolabiliter secundum mandatum Sedis Apostolice directum firmiter observari. Ad certitudinem firmiorem presentem paginam minoris Sigilli nostri munimine iustissimus roborari, Quia majus Sigillum nostrum erat apud Consortem nostram et ipsa adpresens in

Cracovia non fuit ista vice. Presentibus Nobilibus nostris Nanogyo, Castellano Cracoviensi, Spickone, Palatino Crac., Nicolao de Boyoria, Subcamerario Sand., Domino Petro, Milite, Scolastico Cracoviensi, Magistro Martino, Medico nostro, Arnoldo Wyslao, Clerico curie nostre, et aliis multis. Datum Cracovie, In Domo Fratrum Predicatorum, Feria Quarta Infra Octavas Pentecostes, Anno Domini Millefimo trecentesimo vicesimo octavo.

Beckmann's Bischofthum Lebus S. 9. König's Reichsarchiv Spic. eccles. II, 83. Abhandl. der K. Bayerischen Akademie II, I, 215.

XXXVI. Hedwig, Königin von Polen, gewährt dem Bisthum Lebus einen Schutzbrief,
am 5. April 1332.

Venerabili in Cristo patri et Domino Reuerendo Domino Stephano, dei gratia Episcopo Lubucensi, Hedwigis, gratiam per eandem Polonie regina, salutem cum longitudine dierum votiuorum. Orationum vestrarum suffragia pro nobis ac nostris per vos Deo deuocius exhibita laudabilemque conuersacionem vestram habitam nobiscum studiosius recensentes, venerabilem personam vestram in fauorem ac in curam nostram recipimus specialem, promittentes fide digna vos et cuncta bona mensse vestre Episcopalis, que in regno nostro Polonie dinoscimini possidere, ab omnibus injuriis atque violenciis per quempiam inferendis manuteneere ac defendere fideliter et tuere, ut exinde per juges oraciones vestras peccaminum nostrorum condignam percipere valeamus remissionem. Datum Sandomiris, dominica, qua cantatur Judica me Deus, anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. secundo.

Nach Gerken's Codex IV, 547.

XXXVII. Markgraf Ludwig belehnt Renigo und Erich von Goliz mit dem Gerichte zu
Malnow, am 1. Oktober 1333.

In Selow, feria VI post Michaelis. Contulimus Renigoni de Goliz et Erico, patruo suo, supremum et infimum iudicium una cum octo mansis in villa Malnow sitis, ipsorumque veris heredibus in solidum cum omnibus ipsorum pertinentiis, iuribus et commodis eisdem ab antiquo pertinentibus, sine dextrarii seruicio, sine omni impedimento quiete et pacifice possidendos.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. VII.